

Biblioteca “Gian Pietro Muratori” - Cavalese
Manoscritti Giovanelli - Gian Giacomo Giovanelli, Protocolli, n° 1, p. 267

La Regola di Trodena concede ad un “forestiero” la *vicinanza* a pagamento Trodena, domenica 12 aprile 1620

Traduzione e sintesi del documento in italiano

In nome di Cristo, amen. Nell’anno della sua nascita 1620, indizione terza, nel giorno di domenica 12 del mese di aprile, a Trodena della valle di Fiemme e della Diocesi di Trento, nella *stüa* della casa di Domenico Stronzer, oste del paese.

Presenti: Cristano figlio del defunto Nicolò Erbmon di Trodena, abitante a Redagno, Giurisdizione di Enn e Caldif, e Cristano figlio del defunto Stefano Oberhauser pure di Redagno, testimoni noti ed appositamente chiamati.

Si presentano gli onorandi tre regolani di Trodena: ser Cristano am Ploz, mastro Antonio Zbergher, tessitore, e Giovanni Simerle.

Essi, come regolani e col voto, consenso ed espressa volontà dei *vicini* di Trodena, dalla maggior parte dei quali i suddetti tre regolani affermano d’aver ricevuto autorizzazione ad eseguire quanto qui sotto esposto a nome proprio e della loro Regola, danno, vendono e concedono a Michele figlio del defunto Matteo Unterstoaner della val di Fassa, da tempo abitante a Trodena, presente di persona e stipulante, acquirente e ricevente per sé e per i propri eredi, la *vicinia* e il *diritto di vicinanza* del paese di Trodena, con tutti i diritti e vantaggi reali e personali che, secondo l’uso e la consuetudine, spettano a qualsiasi *vicino* della Regola di Trodena.

E con tutti gli onori, vantaggi e utili collegati al *diritto di vicinanza*, come pure con tutti gli oneri e doveri spettanti per la sua parte ad ogni *vicino*, così che il suddetto Michele, ed i suoi eredi, d’ora in poi sia e debba essere *vicino* dell’onoranda regola di Trodena e possa, come tutti gli altri *vicini* della Regola di Trodena, usufruire dei beni comunali della Regola come se fosse *vicino originario* della stessa; però accollandosi la sua debita parte di oneri e spese a favore della Regola in conformità ai suoi antichi ordini e consuetudini.

I tre regolani hanno così deliberato a nome della loro Regola perché da parte sua Michele, per sé e per i suoi eredi, ha solennemente promesso di fronte a loro di comportarsi da buono e fedele *vicino*, di rispettare gli ordini e le consuetudini della Regola, sia quelli a suo favore che quelli a lui contrari, di prender parte in proporzione agli oneri e spese determinati dalla Regola così come deve fare qualsiasi buon *vicino*, di cercare sempre l’interesse della Regola e di impedirne i danni, giurando di mantenere e conservare i diritti, gli ordini e le consuetudini della Regola, senza contravvenirvi e senza consentire ad altri di farlo.

Tutto questo tramite un pagamento, il cui valore è stato determinato da ser Biagio Erbmon, Leonardo Tool e Simone Franzelin, tutti di Trodena, qui presenti e scelti di comune accordo dalla parti, e precisamente per 24 *rainesi* più un altro *rainesese* per le spese, ossia *Laichauf*.

I tre regolani affermano d’aver già ricevuto prima della stesura del presente contratto il pagamento pattuito in questo modo: la cessione di un prato a *Ninchone* del valore di 16 *rainesi* ed i rimanenti 9 *rainesi* in contanti.

(formulario conclusivo). Io Gian Giacomo Giovanelli su richiesta ho scritto.

1 Ignoro il significato preciso del termine *Laichauf*, che in questo caso potrebbe stare per *tassa d’accettazione*. Il pagamento complessivo di 25 *rainesi* a quest’epoca corrispondeva al valore di un buon bue. Anche se oggi non è più l’agricoltura l’asse portante della nostra economia, credo non sfugga che si trattava di un importo decisamente elevato.

Trascrizione del documento in latino

Emptio vicinia Michaelis Unterstoaner antescripti a Regula Trudenae.

In Christi nomine, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo sexcentesimo vigesimo, indictione tertia, die vero dominicae duodecimo mensis aprilis, in villa Trudenae vallis Flemarum, Diocesis Tridenti, in stuba domus Dominici Stronzeri, hospitis eiusdem loci.

Presentibus: Christano filio quondam Nicolai Erbmon Trudenae habitatore in Radain, Iurisdictionis Enn et Caldif, et Christano filio quondam Stephani Oberhauseri, etiam dicti loci Radain, testibus ambobus notis et ad infrascripta specialiter adhibitis et rogatis.

Ibique personaliter constituti honorandi ser Christanus am Ploz, magister Antonius Zbergher textor et Ioannes Simerle, omnes tres regulani presentis anni villae et universitatis ac Regulae Trudenae vallis Flemarum.

Agentes ipsi dictis nominibus Regularatus cum scitu, voto, laudo et expressa voluntate hominum et vicinorum dictae villae Trudenae, a quorum maiori parte ipsi regulani dixerunt et eorum officii protestati fuerunt se se habere et habuisse licentiam infrascripta agendi per se et suos successores, nomine et iure dictae eorum Regulae et omnium illius vicinorum, dederunt, vendiderunt et concesserunt Michaeli filio quondam Mathei Unterstoaner vallis Fassiae, olim habitatoris (sic) dictae villae Trudenae, ibidem presenti pro se et suis heredibus stipulanti, ementi et recipienti viciniam et ius vicinitatis predictae villae Trudenae cum omnibus iuribus et actionibus, utilibus et directis realibus et personalibus, tacitis et expressis, quomodolibet iuxta consuetum eiusdem villae ad vicinitatem seu ad quemlibet vicinum ipsius Regulae Trudenae spectantibus et pertinentibus.

Et cum omnibus honoribus, utilitatibus et galdimentis spectantibus ad dictam vicinitatem seu viciniam; et similiter cum omnibus oneribus et factionibus pro rata ad ipsam viciniam spectantibus. Ita et talibus quod dictus Michael et eius heredes iuxta stillum Trudenae deinceps semper et in futurum sit et esse debeat vicinus ipsius honorandae Regulae et universitatis Trudenae; et possit et valeat una cum aliis vicinis ipsius Regulae Trudenae gaudere, uti, frui et usufructuare super bonis comunibus ipsius Regulae, tanquam si esset vicinus originarius ipsius Regulae et sicuti alii vicini gaudent, utuntur et fruuntur. Subeundo, tamen, ipse et faciendo eius debitam partem et portionem onerum et factionum pro dicta Regula fiendam iuxta antiquos ordines et consuetudines ipsius Regulae.

Et hoc fecerunt prenominati regulani quia e contra predictus Michael per se et suos heredes promisit et se obligavit dictis regulanis, solemniter stipulantibus nomine dictae eorum Regulae, quod ipse erit bonus et fidelis vicinus ipsius Regulae, ordinesque et consuetudines illius tam pro quam contra observabit et pro eius rata parte et portione subibit et faciet onera et factiones pro dicta Regula fienda, sicuti quilibet alius bonus vicinus faciet et facere tenetur, utiliaque semper ipsius Regulae inquirat et inutilia pro eius posse studiose evitabit, iurando manutenere et conservare iura, ordinationes et consuetudines ipsius Regulae, illisque nunquam contrafaciendo nec per se nec per alios, neque contrafacientibus consentiendo.

Et hoc, salvis premissis, pro compensu et pretio laudato, diffinito et terminato per ser Blasium Erbmon et Leonardum Tool et Simonem Francelinum, omnes Trudenae, a partibus concorditer electos, ibidem presentes; videlicet rhainensium viginti quatuor denariorum tyrolensium et unius rhainensis pro expensis, seu *Laichauf*. Quod pretium dicti regulani contenti et confessi fuerunt sese re verra habuisse et recepisse a suprascripto Michaelle ante presentem contractum et sibi datum, solutum et numeratum fuisse hoc modo: nempe unum pratum a *Ninchone* pro rhainensibus decem et novem et residuum in pecuniis.

Renunciantes dicti regulani exceptioni non habiti et recepti pretii predicti et sibi quo supra

modo non dati et soluti ante presentem contractum et in utilitatem dictae Regulae non conversi spei que futurae solutionis et traditionis, doli, mali pacti, et de aliis eorum iuris et legum auxilio. Constituentes sese dicti regulani ipsius Michaelis dictam viciniam tenere et possidere donec et quousque dictus Michael illius tenutam etc. sumpserit cum licentia etc. Promittentesque de iusta et legitima cautione dictae viciniae et iurium suorum supra venditorum deffensione. Et sibi ad invicem supradicta attendere et observare et nunquam contrafacere etc. sub pena dupli etc, et refractionis etc. nec non sub omnium predictae Regulae et ipsius Michaelis bonorum presentium et futurorum obligatione.

Ego Ioannes iacobus Ioannellus notarius rogatus scripsi.